



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jus Canonicum Practice Explicatum, Seu Decisiones Casuum

Ad Singulos Decretalium Gregorii Papæ IX. Titulos, & ad consuetum
Referendi modum accommodatæ. Opus Novum

Complectens alteram Decretalium medietatem, videlicet nonaginta duos
Titulos, à Titulo XX. libri III. de Feudis usque ad finem

Pichler, Vitus

Ingolstadii, 1734

Quæstio II. An Opinio, quæ ab incursione impedimenti Criminis excusat
ignorantem, suo delicto annexum esse à Jure impedimentum, sic practicè
probabilis?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62204)

QUÆSTIO II.

*An Opinio, quæ ab incurfione impedimen-
ti Criminis excufat ignorantem (erran-
tem) fuo delicto annexum effe à Jure
Impedimentum fit, practicè pro-
babilis ?*

AJo breviter, practicè etiam effe probabilem, ita ut tunc poffit in foro conscientie redigi in praxim, quin prius peratur dispensatio ad licitè & validè contrahendum Matrimonium cum complice poffit obitum conjugis. Ratio eff, quia nihil eff, quod hanc praxim reddat illicitam; cum generaliter omnis opinio theoreticè verè ac Theologicè probabilis juxta principia Probabiliffimi deduci ad praxim poffit, nifi aliquid obftet.

Obftet, inquit, vel maxime prohibitio Ecclefie, nimirum damnata ab Innocentio XI. hæc propofitio: *Non eff illicitum in Sacramento conferendis fequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore, nifi id veter lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi.* Atqui Matrimonium eff unum ex feptem Sacramentis, & quando agitur de

impedimento dirimente illius (quale eff impedimentum Criminis) agitur de valore Sacramenti Matrimonii: ergo in cafu, in quo agitur & dubitatur de incurfione impedimenti Criminis, non eff licitum in praxi fequi opinionem theoreticè ac verè probabilem relicta tutiore: fed noftra opinio, ab ignorante non incurri impedimentum Criminis, tantum eff probabilis, & contraria opinio (quod nempe impedimentum Criminis incurratur etiam ab ignorante, illud à Jure annexum effe fuo delicto &c.) eff tutior, quia magis excludit periculum frustrandì & invalide miniftrandi Sacramentum Matrimonii: ergo. *R. Negatur Subjunctum*, quod nempe noftra opinio, quæ quidem ex principiis directis & intrinfeis tantum eff probabilis, maneat mere probabilis adhibitis aliis principiis ex

trinfecis vel reflexis; his enim attentis in ordine ad praxim evadit certa, & valor Matrimonij certus, saltem si impedimentum dirimens, de quo probabile est, illud non dari, sit Juris Humani & Ecclesiastici, uti impedimentum Criminis. Sed unde hæc certitudo? *v.* ex approbatione Ecclesiæ, quam probo ex triplici capite.

1. Consuetudo Ecclesiæ habet, ut celebrentur Matrimonia sub opinione Juris verè probabili de carentia & absentia impedimenti, non obstante, quòd opinio de existentia impedimenti sit etiam probabilis & tutior; antiquissimum enim est & frequentissimum in Ecclesiâ oriri lites super existentia impedimenti, consequenter super valore Matrimonij, ad quas dirimendas acceduntur Judices Ecclesiastici, qui sæpiissime decernunt pro valore Matrimonij, tam contrahendi quàm iam contracti: sic decidunt, Matrimonium semel in facie Ecclesiæ contractum, sed nulliter ob impedimentum occultum, detectò postea & sublatò per dispensationem impedimentò, valide ac licitè posse innovari & per novum consensum restaurari sine presentia iterata parochi & testium: sic decidunt & sæpius decitum est, etiam à Rota Romana, quòd in necessitate & extra Baptisimum solennem levans infantem non contrahat impedimentum cognationis spiritualis: sic decidunt, Matrimo-

nium valere initum sub conditione, vel modo, servandi perpetuam castitatem; sub conditione de futuro; initum ab hæreticis clandestinè, vel cum alio impedimento Juris Ecclesiastici; initum coram Parocho extra propriam parochiam existente &c. licet opinio adstruens impedimentum, & negans valorem, sit secundum se tutior, & contraria opinio, quam sequuntur, tantum probabilis, non certa: sic etiam ipsi Pontifices dispensare solent in Matrimonio Rato, & sic sequi sententiam probabilem relicta tutiore. Atque consuetudo Ecclesiæ, accedens alicui opinioni verè probabili, eam reddit omnino certam ac tutam, non minus, ac si lex Ecclesiæ adungeretur opinioni probabili, præcipiens talem opinionem praticari, vel saltem declarans tutò observari in praxi posse; nam consuetudo est verè lex, nempe non scripta, optima legum dubiarum intrepres. *c. cum dilectus de consuet.* & vim habens abrogandi leges humanas, sicut certas. *c. cum tanto de consuet.* ita & dubias aut probabiles de impedimentis dirimentibus: ergo opinio negans impedimentum Matrimonij in ordine ad praxim evadit cert., & valor Matrimonij certus. Confirmatur: videmus viros sapientes, circa valorem Matrimonij interrogatos, consilium dare juxta opiniones receptas & verè probabiles: ergo communis est sensus, consuetudini Ecclesiæ conformis,
Ddd 1 apud

apud doctos, licitum esse sequi opiniones verè probabiles circa valorem Matrimonij.

2. Exstat declaratio Summi Pontificis, approbantis usum & praxim sententiæ probabilis relicta tutiore, ubi agitur de valore Matrimonij, seu de existentia impedimenti dirimentis: sed declaratio Pontificis talem usum approbantis reddit sententiam de licito usu certam: ergo. *Ma.* constat ex Decreto Urbani VIII. qui à Joanne de Lugo, postea Cardinali, interrogatus circa Matrimonia Indorum Neophytorum, an nimirum polygamia assueti post conversionem suam adtringerentur ad eam solam retinendam, quam primò duxerant in conjugem, an aliam possent eligere ex postea ductis, quia ita contrahere solebant, ut Doctores dubitarent, an Matrimonium cum prima fuerit validum, respondit in hunc modum, *ut, ubi Doctorum sententiæ utrimque probabiles intercederent, sequerentur opiniones pro conditione locorum ac hominum Barbaris favorabiliores, & fierent doctis hominibus sentiendi libertatem.* Ita refert P. Nicol. del Techo in *Historia Baraquariæ l. 10. c. 15.* Cum igitur sententiæ probabiles, Barbaris favorabiliores, sint secundum se minùs tutæ, & tamen Pontifex secundum eas in praxi licitè procedi posse declarat, ex

declaratione (sicut ex consuetudine Ecclesiæ) sententia docens licitum esse opiniones probabiles relicta secundum se tutiore, ubi agitur de valore Matrimonij, redditur certa, & certò tuta.

3. Causa Matrimonij est favorabilis ex dispositione Ecclesiæ, *fin. de sent. & rejud. DD. passim: sed materia favorabilis latissimam admittit interpretationem, atque ampliationem. c. 15. de R. 9. in 6. ergo & causa Matrimonialis: ergo patitur etiam extensionem ad casus dubios, ut clarum est; nam ad casus certos etiam extenditur materia odiosa. Ergo, quando concurrunt variæ opiniones circa Matrimonij valorem, consequenter dubitatur de valore, juxta mentem Ecclesiæ pronuntiari potest secundum illam opinionem verè probabilem, quæ favet Matrimonio, non solum jam contracto, ut plerique fatentur, & sic nostram sententiam reipsa agnoscunt, sed etiam contrahendo, quia & hoc est favorabile, & favores ampliandi. c. 15. cit. Ergo iterum ex mente SS. Canonum, adeoque Pontificum & Ecclesiæ, opinio probabilis favens Matrimonio, & negans dari impedimentum dirimens, quoad praxim redditur certa & tuta.*

